

KN4-19-00641

564021

**ASSERTA**

EX UNIVERSA

**JURISPRUDENTIA**

ET

**SCIENTIIS POLITICIS,**

QUAE

**SUPERATIS RIGOROSIS EXAMINIBUS**

PRO CONSEQUENDO

**JURIS UNIVERSI DOCTORIS GRADU**

IN C. R. SCIENTIARUM UNIVERSITATE

**PESTIENSI**

ANNUTU

COLLEGII PROFESSORUM

**INCLYTAE FACULTATIS JURIDICO-POLITICAE**

PUBLICICE PROPUGNANDA

SUSCEPIT

**JOSEPHUS SZARVASY.**

Anno 1859. die 10 Junii hora 12.

---

**BUDAE,**

TYPIS CAES. REG. UNIVERSIT. HUNG.

**1859.**

1898

EX LIBRIS

JURIS UNIVERSITATIS

SCIENTIARUM POLITICARUM

SUBPRÆDICTIS RIGOROSIS EXAMINIBUS

IMMO CONSECUTO

JURIS UNIVERSITATIS DOCTORIS GRADU

IN C. R. SCIENTIARUM UNIVERSITATE

BUDAPESZT

UNIVERSITATIS

1898-1900-0064

1898

1898

1898

1898

1898

1898

1898

## **E jure naturali universo.**

1. In historia litteraria juris philosophici saeculo 19. principia rationalismi s. d. subjectivi ut plurimum dominantia cernuntur.

2. Jus — in sensu absoluto — basis est et conditio existentiae societatis humanae.

3. Jus dominii in personalitate hominis ut fundamento suo principali nititur.

4. Praetensae tres exceptiones circa jura dominii, nempe: Jus necessitatis, innoxii rerum ulienarum usus, et praescriptio- nis, jure naturae stricte tali non subsistunt.

5. Coactionem naturalem (esto forq non semper sufficientem) sanctionem juris esse defendo.

6. Essentiam pactorum constituunt mutuus consensus et praestationis possibilitas.

7. Securitas jurium proximus, sed non unicus civitatis fins est.

8. Imperium civile etsi in civitate summum, fine tamen civitatis semper limitatur.

9. Sanctitas et inviolabilitas legatis omnibus sub adjunctis competit.

---

## **E jure Ecclesiastico.**

1. Jus ecclesiasticum proprie ita dictum, a jure canonico differt.

2. Consuetudo, suis instructa requisitis, legis virtutem habet.

3. Potestas ecclesiastica, poenas civiles jure proprio statuere nequit.

4. Reges apostolici Hungariae, vi juris patronatus Regii, Episcopos nominant, sola confirmatione summo Pontifici relicta.

5. Capitulis, — quatenus distinctum ab Episcopo Collegium efficiunt, — jus statuta condendi denegari non potest.

6. Irregularis, seu ob defectum, seu ob crimen, illicito quidem, non tamen invalide ordines suscipit.

7. Jus patronatus, quoad suos effectus, quidem jus temporale est, cum juribus tamen spiritualibus connectitur.

8. In matrimonio, consecraria civilia ex legibus civilibus aestimanda sunt.

## **E jure romano civili.**

1. Praesumptio juris — a praesumptione juris ac de jure, — hae vero a fictione juris probe distinguendae sunt.

2. Paterfamilias filio, quem in sua habet potestate ad ineundum negotium jussum dare potest; ex quo tamen et ipse quaereus debendi obligatur.

3. Animus possidendi ab animo domini magnum refert.

4. Juris quasi possessio juri rom. antiquiori ignota, tardior tantum juris evolutioni originem suam debet.

5. Possessio vim ac potestatem juris quidem habet, spectata tamen causa est res mere facti.

6. Quasi ususfructus summa qualitate servitutis caret quidem, — attamen pro tali agnoscitur.

7. Emphyteusis praescriptione non quidem oriri, sed desinere potest.

## **E jure privato hungarico.**

1. Auctoritas operis Trip. Verb. in Hungaria imprimis consuetudine; in Transylvania attamen expressa lege stabilita fuit.

2. Armales litterae, nisi expressa in iis nobilitatis mentio fiat, neminem praerogativa nobilitari ornabant.

3. Consensus regius non tamquam eventualis collatio ex futuro defectu, sed potius tamquam praesens translatio juris donationalis considerari debet.

4. In bonis donationalibus post divisionem acquisitis e lege collateralium successio ordinaria locum non habebat.

5. Conditiones illegales in pignore invalidari poterant, etiamsi oppignorans ad eas observandas successores suos obligasset.

6. Fissio de bonis acquisitis celebrata ex praejudicio successorum invalidari non potuit.

7. Usucapio jure hung. non datur.

---

## **E jure civili Austriaco.**

1. Personae haereditatis indignae nec portionem legitimam petere possunt.

2. Prodigus deficiente legitimo haerede de universis suis bonis testamento disponere posse videtur.

3. Coheres partem sibi vi §. 560. accrescentem repudiare nequit.

4. Portio legitima praemortuis testatoris filiis ex his descendentibus nepotibus jure proprio contingit.

5. Dominus partis boni cujusdam immobilis, condominos ad vendendum idem bonum cogere nequit.

6. Inter modos quibus usucapio interrumpitur etiam amissio possessionis, — nec non interveniens male fides referri posse videntur.

---

## **Ex utroque processu civili.**

1. Exceptio non solum quoad materiam sed et quoad effectum a negatione differt.

2. Procedura verbalis stricte talis dici nequit.

3. Intuitu effectus negationis idem est, an negans rerum notitiam habeat nec ne.

4. Restitutio ob noviter reperta etiam ante sententiam in re principali latam potest implorari.

5. Ad aestimationem executivam rerum mobilium pariter sicut in rebus immobilibus debet terminus pro eligendis aestimato-ribus praefigi.

6. Pertractatio hereditatis triplicem habet finem, hereditatem tueri et servare, — eandem ad legitimum heredem pervenire curare et hoc modo rescindere uberem litium fontem, — tandem realisare competentiam aerarii.

---

## E jure et processu Criminali.

1. Dolus subsequens non est imputabilis.

2. Tantum purus non autem mixtus casus efficit, ut actio vel omissio aliqua in poenam haud possit imputari.

3. In concursu Criminum poena major non plene absorbet minorem.

4. Praesentia et contradictio domini, furto opposita, hujus criminis naturam non alterat.

5. Codice nostro actiones nonnullae strictam jurium laesionem haud involventes pro criminibus, et aliae juri adversae, sed minoris imputationis pro delictis et transgressionibus habentur.

6. Praescriptio contra capitalis criminis reum plene locum non habet.

7. Divisio in delicta et transgressionem causa discernendi interna et absoluta caret.

8. Ad conceptum delictorum et transgressionum dolus de regula non requiritur.

9. Dolus non praesumitur sed e facti adjunctis elucere debet.

10. Judex in processu criminali materialem aequae ac formalem veritatem eruere tenetur.

11. In processu statariali formalis procedura inquisitorialis non datur.

---



## **E jure cambiali.**

1. Ex litteris cambialibus requisito aliquo essentiali carentibus nulla obligatio derivari potest.

2. Obligatio cambialis solum e scriptura litteris cambialibus inducta oritur.

3. Activa capacitate cambiali etiam milites gaudent.

4. In casu regressus cautio tantum semel est creditoribus praestanda.

5. In processu cambiali iudex ex officio praescriptionis rationem habere debet.

## **E scientiis politicis.**

1. Scientiae politicae non habent generale principium cognitionis objectivum, quin ideo pure empiricae dici possint.

2. Systema Centralisationis independentiam municipiorum tollit.

3. Ut mendicatio juste ac efficaciter interdici possit instituta pauperum erigantur ac organisentur necesse est.

4. Iudices in administranda justitia independentes esse oportet.

5. In decernendis poenis non tantum juris, sed etiam politicae ratio habenda est.

6. Vera opulentia alicujus populi non tam aeris elangens copia, quam potius viribus productivis, quas in sinu suo numerat, innititur.

7. Ad promovendam industriam liberae associationes multum conferunt.

8. Creditum non est fons bonorum, ad opes nationales augendas attamen multum confert.


9. E nimio luxu conclusio ad opulentiam civium alicujus status formari haud potest.

10. Contributio capitalibus sub cautelis necessariis imposita reprobari non potest.

## **E statistica monarchiae austriacae.**

1. Theoria s. d. mathematica magis indolem novae methodus, quam novi systematis statistices redolet.
2. Institutum medicorum communalium insigniter se commendat.
3. Etiam illi qui quaestum sic dictum liberum exercent jure firmam suam improtecollandi gaudent.
4. Reditus publici e cultura rei montanisticae promanantes in dies majus demonstrant decrementum.
5. Organismus administrationis universae inter systema bureaucriticum et collegiale medium tenet.
6. Non obstante eo quod exportatio vini hungarici laeta capiat incrementa, — productio ejus magis diminui quam augeri videtur.

EGYET  
BUDAP  
KÖNYVTÁR



1848